 citq; sibi inde dia-
 de ma. **N**ō ē enī nomen
 propriū melchon sed
 interpretat̄ rex eoz.
Melchon vt volunt
 hebri idoliū ē ammo-
 nitā. cuius diaade-
 matis aurū ⁊ gemas
 daniel dicit̄ constasse
 ⁊ purgasse scđm legē
 ⁊ fecisse sibi diademā.

exercitus in hierusalem.

C. XIII.

Sicut est autem post hec ut absalon filij dauid sororem speciosissimam vocabulo thamar adamaret amnon filius dauid et desperaret in ea valde: ita ut egrotaret propter amorem eius. quia cu[m] esset virgo: difficile ei videbatur. ut quippe in honeste ageret cum ea. Erat autem amnon amicus nomine ionadab filius semma fratri dauid vir prudens valde. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie fili regis per singulos dies? Cur non in dicas mihi? Dicitque ei amnon: Thamar sororem fratris mei absalon amo. Qui respondit ionadab: Cunib[us] super lectulū tuūz et languore simula. cu[m]q[ue] venerit pater tuus ut visitet te. dic ei: Ceniat oratione thamar soror mea. ut det mihi cibū: et faciat pulmentū ut comedaz de manu eius. Accubuit itaque amnon et quasi egrotare cepit. Cumq[ue] venisset rex ad visitandum cū ait amnon ad regē: Ceniat obsecro thamar soror mea. ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas. et cibuz paratum capiam de manu eius. Misit ergo dauid ad thamar domum dicens: Cenit in dominum amnon fratis tui. et fac ei pulmentū. Cenitque thamar in domū amnon fratis sui: Ille autem iacebat. Quod tolens farinam cōmisiuit. et liquefaciens in oculis eius: corxit sorbitiunculas. Tollensq[ue] qd coxerat.

Sorbitiuncula
Est qd ad sorbendū
aptum est.

effudit et posuit coraz eo: et noluit comedere. Dicitque amnon: Eicite viueros a me. Cumq[ue] elecisti omnes: dixit amnon ad thamar: Infer cibuz in conlani. ut vescar de manu tua. Tulit ergo thamar sorbitiunculas quas fecerat. et intulit ad amnon fratrem suū i conlani. Cumq[ue] obtulisset ei cibuz. apprehendit eā et ait: Cenit cuba me cu[m] soror mea. Quod respondit ei: Noli frater mi. noli opp̄mere me: Neq[ue] enim hoc fas est in israel. Noli facere stulticiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobriū meū. et tu eris quasi unus de insipientibus in israel: Quin potius loquere ad regem: et non negabit me tibi. Noluit autem adquiescere precibus eius. sed preualens viribus oppressit eam: et cubauit cum illa. Et erosam eam habuit amnon odio magno nimis. ita ut maius esset odium quo oderat eaz: amore quo ante dilexerat. Dicitque ei amnon: Surge et vade. Quod respoudit ei: Maius est hoc malum qd nunc agis aduersus me qd ante fecisti expellēs me. Et noluit audire eaz: sed vocato puero qui ministrabat ei dixit: Eicce hanc a me foras. et claude hostium post eam. Quod induita erat calari tunica: huiuscmodi enim filii regis virgines vestibus vtebanſ. Eiccit itaque eam minister illius foras: clausitque foras post eam. Quod aspergens cinerem capitū suo. scissa calari tunica. impositaque manib[us]

Oppressit eam. Incestus amnon maioris filii dauid in sorore sua thamar et parricidium absalon i amnon fratrem monet nos. ut semper caute agamus: ne via in nobis dominet. et p[er]cepis peccati (qui falsam pacem perdidit tibi spondet) nos imparatos inneniens. de ipso trucidet. Absalon enim pater pacis: vel patris pax interpretat. Amnon donans. Thamar: amaritudo. Qui enim membra sua donat libidini. et seruit iniqtati ad iniquitatē i pecati amaritudinē cadit: licet inimicus se qd patrē pacis ostendet et prospera protalib[us] factis promittat. Necesse est enim ut cito ad p[er]nitētā redam⁹ ne forte diabolus per malignos spūs in necem nostrā conspiret et morti perpetue tradat. Et erosam eam. Et nos admisimus factum odio habeam⁹ magis qd ante perperatione dilexeram⁹. et ob hoc citius conse quemur venia: si m i alio vicio deno nō offendamus sic anō qui quia post incestū ebrietatē nō vitavit: ob hoc mortē nō eua sit.

super caput suū. ibat ingrediens
et clamans. **Dixit** autem ei absalon
frater suus: **N**ūqđ amnon frater
tuus concubuit tecum? **S**ed nūc
soror tace: frater tuus est. neq; af
fligas cor tuū pro hac re. **M**ansit
itaq; thamar contabescens in do
mo absalon fratris sui. **C**um autē
audisset rex daniel verba hęc: con
tristatus est valde. et noluit contri
strare spiritum amnon filii sui. qm̄
diligebat eum: quia primogenit⁹
erat ei. **P**orro non est locutus ab
salon ad amnon nec malū nec bo
num. **O**derat enim absalon am
non: eo q; violasset thamar soror
rem suam. **F**actum est autem post
tempus biennij. ut tonderentur
ones absalon in balsor que ē iux
ta esraim. **E**t vocauit absalon
omnes filios regis. **V**enitq; ad re
gem. et ait ad eum: **E**cce tondetur
ones serui tui. **V**eniat oror rex cu
seruis suis ad seruum suū. **D**ixit
q; rex ad absalon: **N**oli fili mi. no
li rogare ut veniamus omnes. et
grauemus te. **C**um autē cogeret
eum et noluisse ire. benedixit ei.
Et ait absalon: **S**i non vis veni
re. veniat obsecro nobiscum saltē
amnon frater meus. **D**ixitq; ad eū
rex: **N**ō est necesse ut vadat tecū.
Loegit itaq; eum absalon. et dī
sit cum eo amnon. et vniuersos fi
lios regis. **F**eceratq; absalon cō
niuiū quasi coniuuiū regis. **P**re
ceperat autē absalon pueris suis
dicens: **O**bseruate cum temulen
tus fuerit amnon vino. et dixerō

vobis percutite eum et interficite:
nolite timere. **E**go enim sum qui
principio vobis. **R**oboramini. et
estote viri fortes. **F**ecerunt ergo
pueri absalon aduersum amnon:
sicut pręcepit illis absalon. **G**ur
gentesq; omnes filij regis ascen
derunt singuli mulas suas et fuge
runt. **L**ucq; adhuc pergerent in iti
nere. **F**ama peruenit ad daniel di
cens: **P**ercussit absalon omnes
filios regis: et non remansit ex eis
saltem unus. **S**urrexit itaq; rex
daniel. et scidit vestimenta sua: et
cedidit super terram. **E**t omnes ser
ui eius qui assisterant ei: sciderūt
vestimenta sua. **R**espondens autē
ionadab filius semmaa fratris da
uid dixit: **N**e estimet domin⁹ me
us rex q; omnes pueri regis occi
si sint. **A**mnon solus mortuus ē:
qm̄ in odio absalon erat positus
ex die qua opprescit thamar soror
rem eius. **N**ūc ergo ne ponat do
minus meus rex super cor suum
verbum istud dicens. omnes filij
regis occisi sunt: qm̄ amnon solus
mortuus est. **S**ugit autem absa
lon. **E**t eleuavit puer speculator
oculos suos et aspergit: et ecce popu
lus multus veniebat per iter de
uium ex latere montis. **D**ixit autē
ionadab ad regem: **E**cce filij regis
assunt: iuxta verbum serui tui sic
factum est. **L**uncq; cessasset loqui
apparuerūt et filii regis. **E**t intran
tes leuauerunt vocem suam et fle
uerunt. **S**ed et rex et omnes serui
ei⁹ fleuerūt ploratu magno nimis

Secundi Regū

C. XIII

Tholomai. Hic fuit patr' maacha matris absalon. quā dicitur hebrei dauid in pslio cepisse. et cesarie et vngibus precisis: scdm legē in vxorem sibi socialis: et ea generasse thamar et absalon.

Cessauitq; ē: In hebreo. Cessauit rex exire post absalon. Perhibetur enī dauid exire voluisse p' absalon ut renocaret eū: sed putans. quia quotiens eū videret: mortē ānon ad me moriā reducere: cessauit exire.

Porro absalon fugiens abiit ad tholomai filium āniur regez gesfur. Luxit ergo dauid filium suū amnon multis diebus. Absalon aut̄ cum fugisset. et venisset in gesfur: Quia cessauit exire post absalon: vel quia non uerat amnon flagitiosum et morte dignum. fuit ibi tribus annis. Cessauit q; dauid rex persequi absalon: eo q' consolatus esset super amnon interitu.

C. XIII.

Quia vidit ed pro absalon suspirasse

Intelligēs aut̄

Ioab filius saruię q' cor regis versum esset ad absalon: mi de qua fuit amos propheta. cuius hec vidua sit thecuam et tulit inde mulierez sapientem. dixitq; ad eam: Luge te simula. et induere veste lugubri. et ne vngaris oleo: vt sis quasi mulier plurimo iam tempore lugens mortuū. Et ingredieris ad regem. et loqueris ad eum sermones huiuscmodi. Posuit autem ioab verba in ore eius. Itaq; cuī ingressa fuisset mulier thecuites ad regem: ce cedit coram eo super terram. et adoravit et dixit: Seruame rex. Et ait ad eam rex: Quid cause habes? Quę respōdit: Ne mulier vidua ego sum. Mortuus est enī vir meus. et ancille tuę erat duo filii. qui rixati sunt aduersus se in agro. nullusq; erat qui eos p' bibere posset: et percussit alter alterum. et interfecit eum. Et ecce con surgens viuversa cognatio aduersus ancillam tuaz dicit: Trade eū qui percussit fratrem suum. vt occidamus eum pro anima fratris sui quę interfecit. et deleam⁹ heredē.

Ancille tuę et alii hebrei hāc mulierē vere dnos filios habuisse: et pro h̄re ditate certasse: et alterū ab altero iterēptū mulier tñ se in persona dauid posuit: et filios i persona ānon et ab salon. cognitionē vero quę cōsurgit cōtra filiū: in persona aliorum filiorū dauid.

Reliquias meas a similitudine ignis.

Et querunt extinguerē scintillas

meam quę relictā est: vt nō super sit viro meo nomen et reliquie sup terram. Et ait rex ad mulierē: Clade in domū tuam. et ego iubebo pte.

Diritq; mulier thecuites ad re

gez: In me dñe mi rex sit iniqui

tas. et in domū patris mei: rex aut̄

et thronus eius sit innocēs. Et ait

rex: Qui contradixerit tibi adduc

eum ad me: et ultra non addet ut

tangat te. Quę ait: Recordef rex

domini dei sui. et non multiplicet

proximi sanguinis ad ulciscendū

et nequaq; interficien̄ filiuū meū.

Qui ait: Cuiuit domin⁹. quia non

cadet de capillis filij tui super ter

ram. Dixit ergo mulier: Loquat

ancilla tua ad dominū meū regez

verbum. Et ait: Loquere. Dixitq;

mulier: Quare cogitasti istiusmo-

t Absalon. s. et qui cū eo erāt qui quasi captiuū

et eucti nō reducebantur ad hereditatem dei. et

poterat coacti in terra aliena seruire diis alieis

di rem cōtra populu dei. et locut⁹

est rex verbum istud ut peccet: et

non reducat abiectū suum. Nēs

morimur. et q̄si aquę dilabimur i

terram: quę non reuertim⁹. Nec

Quasi deus reuocat p' peccatores. qui a diabo

lo captiuū tenentur. et tu abiectus qui eum debes

vult deus perire animā: sed retrahat

cogitans ne penitus pereat q'

abiectu sest. Nunc igitur veni. vt

loquar ad dominū meum regem

verbum hoc p̄sente populo. Et

dixit ancilla tua: loquar ad regē.

si quo modo faciat rex verbuū an-

cille suę. Et audiuit rex verba ut

liberaret ancillam suam de manu

vel volebant omniū q' quęrebāt de hereditate

domini delere me et filium meum

In me domine.

Quasi. q; alter ad

uersus alterū surrexit

in me sit iniquitas: si

tñ esse debet, in te at

nulla sit. q' absq; cul-

pa es. et sicut ego abs

q' culpa sum. si alter

filius mens interfecit

est ab altero. sic et tu:

si absalon ānon mor

te dignū interfecit.

Et locutus est ē:

Ex hoc aperitur qd

paulo superius dictū

est. cessauit rex exire

post absalon.

simul. Dicat ergo acilla tua ut fiat verbum domini mei regis sicut i. firmū et acceptū sacrificiū. Sicut enim angelus dñi sic est dominus meus rex: ut nec benedictione nec maledictōe moveatur. Unde et dominus deus tuus est tecum. Et respondēs rex dixit ad mulierem: Ne abscondas a me verbum quod te interrogō. Dixitq; mulier: Loquere domine miserere. Et ait rex: Numquid manus tuas ab tecū est in omnibus istis? Respondit mulier: et ait: Per salutem animę tuę domine mi rex. nec ad sinistrā nec ad dexteram est ex oībus his quę locutus est dominus meus rex. Seruus enim tuus ioab ipse pr̄cepit mibi: et ipse posuit in os ancillę tuę omnia verba hęc t. i. me in persona tuu acciper. filios meos in persona tuorum ut verteret figuram sermonis huius. Seruus tuus ioab pr̄cepit istud. Tu autem domine mi rex sapiens es. sicut habet sapientia angelus dei. ut intelligas omnia super terram. Et ait rex ad ioab: Ecce placatus feci verbum tuū. Quia igitur et reuoca puerū absalon. Cadensq; ioab super faciem suaz in terraq; adorauit. et benedixit regi. Et dixit ioab: Hodie intellerit seruus tuus: quia inueni gratias in oculis tuis domine mi rex. Fecisti enim sermonē serui tui. Surrexit ergo ioab et abiit in gessur: et adduxit absalon in hierusalē. Dixit autem rex: Reuertatur in domum t. ne presentia eius morte amnon ad memoria reducens tristiciū mibi inferat suā: et faciē meam non videat. Reuersus est itaq; absalon in domū suam. et faciem regis non vidit.

Porro sicut absalon vir non erat pulcher in omni israel: et decorus nimis. Vestigio pedis usq; ad uerticem: non erat in eo uilla macula. Et quando tondebat capillum. t. Auctū i hebreo esse statuto tempore scilicet trigesimo die. Semel autem in anno tondebat: qd; grauabat eum cesaries: ponderabat capillos capitū suū ducentis scilicet pondere publico. Nati sunt autem absalon filii tres: et filia una nomine thamar elegantis formę. Mansitq; absalon in hierusalem duobus annis: et faciem regis non vidit. Misit itaq; ad ioab: ut mitteret eum ad regem. Qui noluit venire ad eum. Cūq; secundo mississet. et ille noluisse venire: dixit seruus suis: Scitis agrum ioab iuxta agrum meū habentem messem ordei. Ite igitur et succendite eum igni. Succenderunt ergo serui absalon segetem igni. Et venientes serui ioab scissis vestimentis suis dixerunt: Succenderunt serui absalon partem agri igni. Surrexitq; ioab. et venit ad absalon in domum eius. et dixit: Quare succenderunt serui tui segetem meam igni. Et respondit absalon ad ioab: Misisti te obsecrans ut venires ad me. et mitterem te ad regē et diceres ei: Quare veni de gessur? Melius mibi erat ibi esse. Obsecro ergo ut videam faciem regis. Qd; si memor est iniquitatis meę et interficiat me. Ingressus ioab ad regē nūc iauit ei oīa hęc. Uocatq; ē absalon et itrauit ad regē: et adorauit super faciē terre corā eo

Secundi Regū

C. XV

Igitur post hec. Quibus annis māsit in hierusalē. regem nō vidit: tercio intro ductus est cozā rege. quarto fecit sibi cur rus et eq̄es: quo trās acto expulit patrē de regno. nec p̄ seducti one et interfectione sa cerdotiū electus est de regno s̄ pro adulstio et homicido nathan cuncta p̄dcentē.

Post. xl. au. an. 2c. Quadrageimus annus agebat ex quo saul nob̄ ciuitatem subuertit. lxxxv. sa cordotes propter dauid interemit. Ideo hic quadrageimus annus ponit. vt mōstre tur diuinā vltionem suscitari super dauid eo q̄ abimelech sacer dote se felicit. et tāte ce dis causa fuit. In mē dosis aut̄ codicibus quattuor nō. xl. legūt sed i hebreo veritate nō quattuor sed. xl. Si quis vero contētiosus qu attuor annos esse asserit. ex quo absalon amnon interfecit. vsq̄ quo patr̄ dicit: vadā et reddā vota mea quē uoui dño in hebron. plane er-

Osculatusq̄ ē rex absalō. C. xv.

Tunc post hec fecit sibi absalon currus et equites. et quinquaginta viros q̄ precederent eum. Et mane cōsurgens absalon stabat iuxta introitum portę in via. et omnes virum qui habebat negotiū ut veniret ad regis iudiciū vocabat absalon ad se. et dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui respōdens aiebat: Ex una tribu israel ego sum seruus tuus. Respondebatq̄ ei absalon: Uidentur mihi sermones tui boni et iusti: sed non est qui te audiat constitutus a rege. Dicebatq̄ absalon: Quis me constituerat iudicē super terram. ut ad me veniant omnes qui habent negotiū et iuste iudicem? Sed cum accederet ad eum homo ut salutaret illum: extendebat manū suam et apprehendens osculabatur eum. Faciebatq̄ hoc omni israel venienti ad iudicium ut audiretur a rege: et sollicitabat corda viroꝝ israel. Post in hebreica veritate quinquaginta annos dicit absalon ad regem dauid: Vlada et redam vota mea quē uoui domino in hebron. Clouens enī uouit seruus tuus cum esset in gessur siric dicens: Si reduxerit me domin⁹ in hierusalē: sacrificabo domio. Dicitq̄ ei rex dauid: Vlade i pace Et surrexit et abiit in hebron. Misit aut̄ absalon exploratores i uniuersas tribus israel dicens: Statim ut audieritis clangorē buccine: dicite regnabit absalon in he-

bron. Porro cum absalon ierunt ducenti viri de hierusalem vocati eentes simplici corde et causa p̄nituit ignorantes. Accersuit quoq̄ absalon achitophel gilonitem consiliariuꝝ dauid de ciuitate sua gilo. Tūq̄ immolaret victimas. facta est coniuratio valida: populusq̄ concurrens augebatur cuꝝ ab saloni. Tlenit igitur nūcius ad dauid dicens: Toto corde vniuersus israel sequitur absalon. Et ait dauid seruis suis qui erant cum eo i hierusalem: Surgite et fugiamus. Neq; enim erit nobis effugiuꝝ a facie absalon. Festinate egredi. ne forte veniens occupet nos. et ipel lat super nos ruinam: et percutiat ciuitatē in ore gladij. Dixeruntq̄ serui regis ad euꝝ: Omnia quecumq; preceperit domin⁹ noster rex libens exequimur serui tui. Egressus est ergo rex et vniuersa domus eius pedibus suis. Et reliquit rex decē mulieres concubinas ad custodiendam domum. Egressusq; rex et omnis israel pedibus suis. stetit procul a domo. Et vniuersi serui eius ambulabant iuxta eū: et legiōes cerebri et phelethi et oēs gethei pugnatores validi sercēti viri qui secuti eū fuerant de gethe precedingebant regem. Dicit aut̄ rex ad ethai getheum: Cur venis nobiscū? Reuertere et habita cū rege quia peregrinus es. et egressus de loco tuo. Peri venisti. et hodie cōpelleris nobiscū egredi. Ego autē vadā quo iturus sum. Reuertere

rat: cū absalon intercepto amnon ī gessur apud tholomai regē tribus annis. et in hierusalem renocat nō viso patre duob; annis moratus fuit: et sexto anno faciem patris viderit: dñ cōtra eū perduellionē mouent. Vota nāq; se voviisse mentiō dixit: quasi oratus in loco rbi requiescunt abraā ylaac et iacob.

z reduc tecum fratres tuos. z dñs faciat tecū misericordiam z veritatem: quia ostendisti gratiā z fidej. Et respondit ethai regi dices: Uuit dñs. z viuit dominus meo rex qm̄ in quocq̄ loco fueris domine mi rex. sive in morte sive in vita: ibi erit seruus tuus. Et ait dauid ethai: Veni z transi. Et transiuit ethai getheus z rex. z omnes viri qui cum eo erant. z reliqua multitudine. Omnesq; flebant voce magna. z vniuersus populus transi bat. Rex quoq; transgrediebatur torrentem cedron: z cunctus populus icedebat contra viā olivę respicit ad desertum. Venit autē sacerdos z sadoch z vniuersi leuite cuz eo.

Ad orationē. vt ab omnibus videri posset. Et depositarū arcā dei. Quia resonum datum non est. Et ascēdit abiathar. donec expletus est oīs populus. qui egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad sadoch. Reporta arcā dei in vrbez. Si inuenero gratiā in oculis domini reducet me: z ostendet mihi ea z tabernaculum suum. Si autē dixerit mihi non places. presto suz: faciat qd bonū est coram se. Et dixit rex ad sadoch sacerdotem: i. propheta. quando. s. consulto deo. populo pre dicebat futura videns reuertere i ciuitate in pace z achimaas filius tu⁹. z ionathas filius abiathar: duo filij vestri sint vobiscum. Ecce ego abscondar in campestribus deserti: donec veniat sermo a vobis indicās mihi. Reportauerunt igitur sadoch z abiathar arcā dei in iherusalem: z māserūt ibi. Porro dauid ascē

debat clivum oliuarum scandens
ne videatur stercere z flens: operto capite z nudis pe-
dibus incedēs. Sed z omnis po-
pulus qui erat cum eo operto ca-
pite ascendebat plorans. Nunci
atum ē autē dauid: q; z achitophel
eset in coniuratione cum absalon
Diritq; dauid. Infatuā q; dñe
consiliū achitophel. Lūq; ascēde-
ret dauid sumitatem montis i quo
adoraturus erat dominū: ecce o-
currit ei chusy arachites scissa ve-
ste: z terra pleno capite. Et dixit
ei dauid: Si veneris mecu⁹ eris
mibi oneri. Si autem in ciuitatez
reuertaris. z dixeris absalon ser-
uus tuus sum rex. patere me vi-
uere. sicut fui seruus patris tui sic
ero seruus tuus: dissipabis consi-
lium achitophel. Habes autem
tecum sadoch z abiathar sacerdo-
tes. z omne verbu⁹ quodcūq; au-
dieris de domo regis. indicabis
sadoch z abiathar sacerdotibus.
Sunt autem cum eis duo filii eo
rum achimaas filius sadoch: z io-
nathan filius abiathar: z mittetis
per eos ad me omne verbum qd
audieritis. Veniente ergo chusy
amico dauid in ciuitate. absalon
quoq; ingressus est iherusalem z
achitophel cum eo.

C. XVI.

Quinq; dauid
transisset paululum mō-
tis verticem. apparuit siba puer
miphiboseth in occursum eius cū
duobus asinis qui onerati erant
ducētis panib⁹ z cētū alligaturis

Chusy. Amicus
dauid Chusy iterpe-
tatur festinans. q; bie-
rsalem reuertens cō-
filiū achitophel dis-
cipulū dñi ex iudeis
occultos. nichodemū
ioseph z similes.

Secundi Regū

Quid mihi et vobis **zc.** Solus abisai dixerat: **V**a-dam et amputabo caput eius, et dauid abi-sai et ioab respondit. **Q**uid mihi et vro, **zc.** **N**equid vultis inter-ficere istū sicut inter-fecisti abner.

Tū ficoū palatas appellant et q̄ per massas pre-merentur inter duas tabulas quas palas dicunt o quibus palata vocantur. **V**uepassē, et septē massis palatarū et duobus vtribus vini. **E**t dixit rex sibe: **Q**uid sibi volunt hęc? **R**esponditq̄ siba regi: **D**omine mi-sunt. **S**uper eos filii regis. rex asini domesticis regis ut i se-deant, et panes et palatē ad vesce-dū pueris tuis. vinū aut ut bibat si quis defecerit in deserto. **E**t ait rex: **U**bi est filius domini tui? **R**e-sponditq̄ siba regi: Remansit in hierusalem dicens: **H**odie resti-tuet mibi domus israel regnū pa-tris mei. **E**t ait rex sibe: **Q**ua sunt omnia quę fuerunt miphiboseth. **D**icitq̄ siba: **O**ro ut inueniā gra-tiam corā te domine mi rex. **C**leit ergo rex dauid vsc̄ bahurim. **E**t ecce egrediebatur vir inde de co-gnitione domus saul noīe semei filius gera. procedebat egrediens et maledicebat. mittebatq̄ lapides contra dauid. et contra vniuersos seruos dauid. **O**mnis aut popu-lus et vniuersi bellatores a dextro et a sinistro latere regis incedebat. **I**ta aut loquebatur semici cū ma-lediceret regi: **E**gredere vir san-guinū et vir belial. **R**edidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus saul: qm̄ inuasisti regnū pro eo. et dedit dominus regnū in manu absalon filij tui. et ecce pre-mūt te mala tua: qm̄ vir sanguinū es. **D**ixit aut abisai filius sarui regi: **Q**uare maledicit canis hic mo-riturus domino meo regi? **V**ladā et amputabo caput ei. **E**t ait rex: **Q**uid mihi et vobis est filij sarui.

C. = XVI.

In hebreo nō habetur dimittite vt maledicat sed tanum maledicat. **D**imittite eum vt maledicat: dñs permitendo. enim pr̄cepit vt malediceret dauid. et quis est qui audeat dicere. quare sic fecerit? **E**t ait rex abisai et vniuersis seruis suis: **E**cce filius meus qui egressus ē de vtero meo querit animā meam: quāt̄ omagis hic filius gemini maledicet mibi? **P**romerui enim dimittite cum vt maledicat iuxta pr̄ceptum domini. si forte respiciat dominus afflictionē meam: et reddat mibi bonum pro maledi-cione hac hodierna. **A**mbulabat itaq̄ dauid et socij eius per viam cum eo: **S**emei autē per iugum montis ex latere contra illum gra-diebatur maledicens et mittēs la-pides aduersus eum. terram q̄ vt fedaret eos. spargens. **V**enit itaq̄ dauid rex et vniuersus populus cū eo lassus et refocillati sunt ibi. **A**bsalon aut et vniuersus populus eius ingre-si sunt hierusalē: sed et zachitophel cum eo. **C**ū autem venisset chusy arachites amicus dauid ad absa-lon. locutus est ad eū: **S**alue rex. **S**alue rex. Ad quē absalō: **D**ec̄ **I**n hebreo misericordia quasi nullius miseri-cordie videris: quia dimisisti amicum tuum est i inquit gratia tua ad amicum tuum: **Q**uare non iuisti cum ami-co tuo? **R**espondit chusy ad absa-lon. **N**equaquā: quia illius ero quem elegit domin⁹. et omnis hic populus et vniuersus israel. et cū eo manebo. **S**ed vt et hoc inferā cui ego seruiturus sum: **N**onne et filio regis? **S**icut parui p̄i tuo ita parebo tibi. **D**icit aut absalon ad achitophel: **I**nitie consiliū qd̄

Pimittite cū. **R**egi. Qui verbo rum cōtumelijs pres-sus virtutē patientie seruare nō pōt v̄l sif ficit factū dauid ad memorā renocet quē cū semeti commitijs vr-geret: et armati p̄cerel v̄l sc̄i cōtenderēt: ait **Q**uid mihi et vro. **z** Et paulo post **P**imittite cū vt ma-intra p.d. **z** **Q**uibus verbis indicat: q: p̄ peccato bersabe in-surgentē p̄tra se filiū pateret. **F**ugiēs re-duxit ad animū ma-lum qđ fecit: et contu-meliosa verba nō cā connitia qđ adiuto-ria esse credidit q̄bns se purgari sibi q̄ mile-rei posse indicavit. **T**ū enī illata conni-tia bñ toleramus. cū in secreto mentis ad mala perpetrata re-currim⁹. leue quippe videbitur q̄ iniuria percutimur. dñ p̄sp̄i-cimus que pgnis me-ruimus. sicq̄ fit vt cō-tumelijs gratia magi-q̄ ira debeat. quoꝝ interuentu deo indi-ce pgnā grauior decli-natur.

Semei. **D**ic ē nabach p̄ ieroboam sc̄m hebreos: q̄ filiū gemini dicit. et i zelo domus saul maledi-cit dauid. **D**omine ve-ro aut eius gemini fu-it. Ipse semei extri-bu effraiz filij ioseph extitit. unde dicit ad dauid. primus veni-hodie de omni tribu ioseph. sed semei vt superius legit de co-gnitione saul fuit. **S**aul vero de benia-min. **I**n hester semei filius c̄s legitur: qā et c̄s et gera vocabat pater eius. filius ge-mini. i. beniamin hic legitur; sed de tribu ioseph primus venis se dicit: q̄ in tribu io-seph habitavit.

Secundi Regū

C. XVII.

Ingridere ad concubinas. Et absalon polluit. Iudicium plectrumque scribit et pharisaei superstitionibus corripunt. sicut a vero daniel alienum faciunt.

Achitophel. Interpretatio fratri iudei de ruina christi agens. consilium det indecis adversus christum ut ergo suspenso interjet.

Et fortissimus. In hebreo fortissimus ipse cuius est cor quasi leonis. pa. so. subaudis. non fortissimus iste dauid intelligit. vii. scit enim ois israel patrem tuum esse fortissimum.

Isido. Hoc de allegoria considerari oportet quod sit. quod absalon parricida pitem insequitur. primo pater fugit de victoria secundis. et interit parricida deplorabat. que pietatum sciebat. Scenatur enim fugisse dauid a facie filij. Et pro populo bierusalem dicit dominus filios enutrivi et exaltavi. Ipsi autem spremenunt me. filii autem eius populus iudaicus. qui tradidit eum. Absalon autem patris pax interpretatur. quod in historiis minorum videt. quoniam do. s. pax patris interclusa vel dicatur quod patre perfectur. sed absalon bierusalem significat que visio pacis dicit. a cuius facie fugit chalpus quando ea deseruit. et ad gentes transiit.

Absalon. Alij absalon traditorum accepit quem christus puluit. tanquam ei cogitationes ignorauerit et coniuncti principiantur ei in corporis et sanguinis figuram discipulis commendavit. In ipsa vero traditione ab ipso osculum accepit. ideo absalon pax patris dicitur. quod pacem pater habuit. quam ille non habuit.

Achitophel. Qui recedens a dauid ad absalon migravit. hereticos significat. qui relinquunt veritatem. et sequuntur er-

agere debeant. Et ait achitophel ad absalon: Ingridere ad concubinas patris tui quas dimisit ad custodiendam domum. ut cum audierit omnis israel quod sedaueris patrem tuum. roboretur tecum manus eorum. Tenerunt igitur absalon tabernaculum in solario. Ingressusque est ad concubinas prius sui coram universo israel. Consilium autem achitophel quod dabat in diebus illis. quasi si quis consuleret deum. Sic erat omne consilium achi-
tophel. et cum esset eum dauid. et cum esset cum absalon.

C. XVII.

**Dixit igitur achi-
tophel ad absalon.** Eli-
gam mihi. xij. milia virorum. et con-
surgens persequar dauid bac no-
cte. et irruens super eum quippe quod
lassus est et solitus manibus per-
cutiam eum. **Cum** fingerit omnis
populus qui cum eo est. percutiā
regem desolatū. et reducā vniuer-
sus populu: quonodo vii homo
reverti solet. **Unū** enim virū tu quod
ris: et omnis populus erit in pace.
Placuit sermo eius absalon. et cum
etis maioribus natu israel. **Ait** autem
absalon: **Volate et chusy arachite**
et audiamus quid etiam ipse dicat.
Cum venisset chusy ad absalon.
ait absalon ad eum: **Huiuscemo-
di sermonē locutus est achitophel.**
facere debemus an non? **Nō** das
consilium: **Et** dixit chusy ad absa-
lon: **Nō** est bonū hoc consilium
quod dedit achitophel hac vice. Et

rursum intulit chusy: **Tu** nosti pa-
trem tuum et viros qui cum eo sunt
esse fortissimos et amaro animo.
veluti si vrsa raptis catulis in sal-
tu seuiat. **Sed et pater tuus** vir bel-
lator est. nec morabitur eum popu-
lo. **For**sitan nunc latitat in foueis
aut in uno quo voluerit loco. **Et**
cum ceciderit **vnuus** quilibet in
in nouitate regni tuus **f. et** auditum habu-
erit. **Principio** audiet quicunque audie-
rit et dicet: facta est plaga in popu-
lo. qui sequitur absalon. **Et** for-
tissimus quisque cuius est cor quasi
leonis pauore soluctur. **Scit** enim
omnis populus israel fortis esse
patrem tuum. et robustos omnes
qui cum eo sunt. **Sed** hoc mihi re-
ctum videtur esse consilium. **Longe**
duo termini terre promissionis
ad me vniuersus israel a dan-
viisque berasabea quasi arena maris
innumerabilis. et tu eris in medio
eorum. et irruemus super eum in
quocunque loco inuentus fuerit. et
operiemus eum sicut cadere ros
solet super terram: et non relique-
mus de viris qui cum eo sunt nec
vnu quidem. **Nō** si urbem aliquam
fuerit ingressus: circuabit omnis
israel ciuitati illi funes. et trahemus
eam in torrentem: ut non repertius
sparsus lapis
tur nec calculus quidem ex ea. **Dixi**
tusque absalon et omnes viri israel:
Melius est consilium chusy ara-
chite consilio achitophel. **Domini**
autem nutu dissipatum est consilium
achitophel utile. ut induceret do-
minus super absalon malum. **Et**
ait chusy sadoch et abiathar sacer-
dotibus: **hoc et hoc modo** consilium

rore. **Interpretatur** achitophel frater meus cadens. **Bilonites** vero transmigratus contra eos dicit. In domo cōfido quoniam di-
cam. t. i. m. s. p. **Et** merito tales laqueo diaboli malicie sue
vitā finiunt. qui alienā prauis persuasio-
nibz corūpunt. sicut achitophel in propria
domo suspensus interjet: qui in aliena vi-
te dauid insidias. **Qui** enim fodit fouē
incidit in eam. et insi-
dij suis capient ini-
qui.

Chusy. Arachites antiquus amicus dauid significat credentes de gentibus: qui licet cum absalon alii quādo fuisse vissunt: tamen operibus eius non coicantes. nec prauis suggestionibus achitophel consentientes. cū dauid fideliter pma serunt. **Interpretatur** chusy ethiops. Arachites longitudo mea unde vertit ethiops. pellam suam. et alibi ethiopia preueniet vel festinet manū eius dare deo. qui gentilis populus postquam se in nigredine peccato-
rum exiit. nāquā a tergo domini recessit. **Et** at absalon concubinas dauid ad custodiendam domum dimisit. stuprando corruptus. significat quod apostola angelus quosdam qui videtur regere et custodire populu dei heretica pranitiae seducit. **Ad** quas tam
dauid ultra non igitur datur: sed in custodia positis alimentis pribet. qui in viduitate viuentes clausi sunt usq; ad diem mortis suę: quod cum hereticis a via veritatis aberrantes redire se simulant non sunt digni cobabilitatiē christi. sed clausi et separati a cōsor-
tio eius debent alienari. **Ile** tamen qui sole facit oīri super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos non renuit talibus pastū in hoc mundo p̄bere. et cōuertantur beneficiorū occasiōe.

Secundi Regū

Contra nos ipsos qui cū eo sunt et amaro animo. catulis in sal pater nō vir bel habitur cū popu latitatis in fons est voluerit loco. Et se partem sine magnis vnuſequilibet in s. audirem budo quicquid audie est plaga in popu tur abſalō. Esfor ius est cor quasi luctur. Deit eniſrael sonum esse obvios omnes Sed hoc mibi re ſe cōſiliū. Longe tamen certe pannum erit uſrael a' dan uasi arena maris tu eris in medio us super cum in uentus fuerit. et sicut cadere ros ant: et non relique ai cum co ſanunc si uerbem aliquaz circuſabit omis funes et trahem? et non reperia quidem et ea. Di omnes viri illat: uſilium chufi arachitophel. Domini amum est consiliuſ e. et induceret do uſalon malum. Et abiuſbar facer doc modo cōſiliū

dedit achitophel abſalon et seni ribus israel: et ego tale et tale dedi consiliū. **N**unc ergo mittite cito et nūciate dāvid dicentes: Ne moreris hac nocte in campeſtrīb⁹ deſerti. sed abſq⁹ dilatione transgreſdere. ne forte absorbeat rex et ois populus qui cū eo est. **J**onathas aut et achimaas stabant iuxta fontem rogel. **A**bijt ancilla et nūcias uit eis: et illi profecti sunt ut referrent ad regem dāvid nūcium. **N**ō enim poterant videri aut introire ciuitatē. **V**idit aut eos quidam pu er. et indicauit abſalon. Illi vero concito gradu ingressi sunt in domo cuiusdā viri in baburim que habebat puteum in vestibulo suo et descenderunt in eum. **T**ulit aut mulier et expandit velamen super hordeū ſiccātū pila tuſum di corticatum inde fit cibis aptus carenti dentibus. hoc ē pisanos putei quasi ſiccans pisanos. et ſic latuitres. **L**ūq̄ veniſſent ſerui abſalon in domū ad mulierem dixerunt. **U**bi est achimaas et ionathas? **E**t respondit eis mulier: Transierūt festināter gustata paullum aqua. **A**cum hī qui querebant non inueniſſent: reuersi ſunt in hierusalem. **N**unc abijſſent. accederūt illi de putco. et pergetes nūcias erunt regi dāvid dicentes: **H**urgite et trāſite cito fluuiū. qm̄ huiuscemodi dedit consiliū cōtra vos achitophel. **S**urrexit ergo dāvid et omnis populus qui cum eo erat. et transierunt iordanē donec dilucesceret anteq̄ denudare tur verbum: et nec vnius quidē ſedius fuit qui non transiſſet flu

C. XVIII.

uium. **D**orro achitophel videns q̄ non fuſſet faciū consiliū ſuū. **S**trauit aſinū ſuum. surrexit et abiit in domū ſuā et in ciuitatem ſuam. **I**osephus dicit hoc ipsum fecisse pot⁹ ex magna numeritate q̄ ex putillanitate. **E**t disposita domo ſua ſuspendio interiit: et ſepultus eſt i sepulchro patris ſui. **D**āvid autem venit in hebreice manam. vbi. s. ageli obuiat erūt iacob caſtra. et abſalon tranſiit iordanē ipſe et omnes viři cuž eo. **A**masan uero conſtituit abſalon pro ioab ſuper exercitū. **A**masa aut erat filius viři qui vocabatur iethra de iezreli qui ingressus eſt ad abigail. **O**ui et yſai et iesse dicitur. ut ferūt uide. filia naas ſororem ſaruie que fuit mater ioab. **E**t caſrametatus eſt iſrl̄ cū abſalon in terra galaad. **L**ūq̄ filius ſuā ſeptimā ſecit misericordia cū dāvid. quādo fugiebat a facie ſaul. interempto vero a dāvid anón qui ſeruos ei⁹ decaluauerat cōſtitutus ē ab codē dāvid in loco fratris iſte ſobi q̄ veiſſet dāvid i caſtra ſobi filius naas de rabbath filiorū a'mon et machir filius amihel de lodabar et berzellai galaadites de rogelim lectorū obtulerūt ei ſtratoria et tapetia et vasa fictilia frumentū et hordeū et farinā. **P**yrā farinā. **S** genus leguminis. farinam et polenta et fabam et len **F**ococcū vel nouū. **C**hriſtus poſtq̄ iudeos reliquit ſpūlibus honoratur muneribus apud gentes. et frixū oleo cicer et mel et buti rum oues et pingues vitulos. ederuntq̄ dāvid et populo qui cuž eo erat ad vescendū. **S**uspiciati ſunt populum famę et siti fatigari in deserto.

C. XVIII.

Gitur cōſide

Erato dāvid populo ſuo Super mille conſtituit ſuper eos tribunos et centuriones et dedit populi terciā partem ſub manu ioab. et terciā ſub manu abisai filii ſaruie fratris

[†] Iste filius illius achis putatur eū quo dauid amiciciā habuit.
ioab. et terciā sub manu ethai qui erat de geth. **Dixitqz rex ad populum:** Egregiar et ego vobiscuz. Et respondit populus: Non exhibis. **Sine enim fugerim⁹.** nō magnope ad eos de nobis pertinebit. sine media pars ceciderit e nobis. nō satis curabunt: quia tu vnus pro decē milibus cōputaris. **Melius est igit⁹ ut sis nobis in vrbe p̄sidio** Ad quos rex ait: Qd vobis vide tur rectū hoc faciam: Stetit ergo rex iuxta portā. Egregiebaturqz populus per turmas suas cēteni et milleni. Et prēcepit rex ioab et abisai et ethai dices. **Seruare mihi puerū absalon.** At omnis populus audiebat prēcipientem regem cunctis principibus pro absalon. Itaqz egressus populus in campū contra israel. Et factuz est prēlium in saltu effraim. Et cesus est ibi populus israel ab exercitu dauid: factaqz est plaga magna i die illa vigiti miliū. Fuit autē ibi prēliū dispersum super faciez ois terre. et multo plures erant quos ^{Betic. s. que i saltu erāt vel ipse salt⁹ asperitate} saltus consūperat de populo qz hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autē vt occurreret absalon seruis dauid sedens i mulo. Lūqz ingressus fuisset mulus subter condensam querū et magnā. adhēsit caput ei⁹ querui. Et illo suspenso inter celum et terrā. mulus cui insederat pertransiuit. Cudit autē hoc quispiam. et nunciauit ioab dicens: Vidi absalon pende re de queru. Et ait ioab viro qui

Accidit autē. Rab. Absalō mulo fugiens in queru p celariē capitū suspen sus est: qz iudgi stulticie carnalis sensus incābētes propter su perstitutionē phariseo rū legē corūpentes; per ipsam quā ad correctionē ritę perceperat mortis occasionē habuerūt vnde. est q accusat vos moyses. in quo speratis. Jo ab vero i cor absalō tres lanceas figit: cū diabolus auariciam

nunciauerat ei: Si vidisti quare non cōfodisti cum cuz terra. et ego dedissem tibi decē argenti siclos. et vnu balteū: Qui dixit ad ioab: Si appenderes in manib⁹ meis mille argenteos: nequaqz mittere manū meā in filium regis. Audiē tibus enim nobis prēcepit rex tibi et abisai et ethai dicens: Custodite mibi puerū absalon. Sed et si fecissem contra animā meam audacter. nequaqz hoc regē latere posuisset: et tu stares ex aduerso. Et ait ioab: Non sicut tu vis. sed agrediar cum coram te. Tulit ergo ioab tres lanceas in manu sua. et infixit eas in corde absalon. Lūqz adhuc palpitarē hērensi queru cucurrerunt decē iuuenes armigeri ioab. et percutientes interficerunt euz. Ecce nūtio ioab buccina. et retinuit populum ne persequeretur fugientez israel: volens parcere multitudini. Et tulerunt absalon et proiecerunt eū i saltu in foueam grandem. et cōportauerūt super eum acerū lapidū magnū nimis. Omnis autē israel fugit in tabernacula sua. Porro absalon erexerat sibi cum adhuc viueret titulum qui est in valle regis. Dixerat enim. Non habeo filiu. et hoc erit monumentū nominis mei. Plocamitqz titulum nomine suo: et appellatur manus absalon usqz ad diem hanc. Achimaas autē filius sadoch ait: Curram. et anniūciabo regi: quia iudiciū fecerit ei dcus de manu inimicorū eius. Ad quē ioab dixit: Non eris nūcius i hac

superbiā et in glaz: vel perfidiā in coris daci ipsi mitiat: que illis maxime sunt causae perditionis. Ex supbia enī in cōceptum dei ydola fabricantes rūnt. Ex cupiditate res transitorias virtutibus p̄p̄osuerunt. Ex perfidia et inuidia nō solū dicta legis et ap̄b̄etarū: sed etiam ipsius saluatoris p̄fētiam spreuerunt. unde: Nō habem⁹ regē nisi cesarem. et si huic dimittis. non es amicus cesaris. Ab salon post mortē i sona grande mititur: et quicqz iniquus post obitū carnis in lacu⁹ inferni. super quem acerius lapidū congerit: dñm duria mētis ex p̄b̄at. David extinctū absalō p̄ravit: et propter iterum iudaci ipsi x̄ps videns ciuitatē fleuit cui us misericōpati ens in eruditōnez et curā salutis eius usqz ad mortē crucis permanit. Scilicet et pharisei p̄incipes iudgoz i ligno crucis i quo dñm suspenderunt: occulto iudicio dānati sūt: et q carnali sensu velut irratōabili mulo p̄cide ridebant: i dismissionē gentiū p̄transeunt: ipsi principatū pariter et p̄plū amiserunt.

die sed nūciare
nolo te nūciare
est mortu⁹. Et
de et nūciare
nomi ap̄ellat
uit cuius loab
aut achimaas
ad ioab: Dauid
ram post chrys⁹:
Quid vis curr
buc. Non eris
lus. Qui respo
t sic quādē
ne fuit primi
cucurero. Et
ergo achimaas
transiuit chrys⁹:
hac inter duas p
tot vero qui era
super murū elev
homine solum
mans indicau
Si solus est b
rebus
ore suo. Prope
cedente propiu
tori hominē alter
vostrans in c
ret mibi alter b
Dixitqz rex: et
cius. Specula
sit cursum p̄i
achimaas fili⁹
Vir bonus est:
bonum venit.
maas dicit ad
Et adorans n
nus in terrā
minus deus
homines qui
suis contra d
Erait rex: Et
lō: Dixitqz ach

C. Secundi Regū

die sed nunciabis in alia. **H**odie nolo te nūciare: filius enim regis est mortu⁹. **E**t ait ioab chusy: **V**la de ⁊ nuncia regi q̄ vidisti. **A**dora uit cūsy ioab. ⁊ cucurrit. **R**ursus aut achimaas filius sadoch dixit ad ioab: **Q**uid ipedit si ⁊ ego cur ram post chusy? **D**ixitq; ei ioab: **Q**uid vis currere fili mi? **C**leni buc: **N**on eris boni nunciū baius lus. **Q**ui respondit: **Q**uid enīz si ^{† Sic quidē cōuersiōē nouissimi fide et dilectio ne sicut primi} cucurrero? **E**t ait ei: **C**urre! **C**urre ergo achimaas per viaz cōpendij transiuit chusy. **D**auid autē sedebat inter duas portas. **S**peculatorz vero qui erat in fastigio portz super murū eleuans oculos vidit hominē solum currentem: ⁊ exclaimans indicauit regi. **D**ixitq; rex: **S**i solus est bonus est nūcius in ore suo. **P**roperante aut illo ⁊ accedente propius. vidi speculatorz hominē alterum currentem. ⁊ vociferans in culmine ait: **A**pparet mihi alter homo currēs solus. **D**ixitq; rex: ⁊ iste bonus est nūcius. **S**peculatorz aut cōtemploz ait cursum prioris quasi cursum achimaas filii sadoch. **E**t ait rex: **C**ur bonus est: ⁊ nūciū portans bonum venit. **C**lamans autē achimaas dixit ad regez: **S**alue rex. **E**t adorans regem coram eo pronus in terram ait: **B**enedictus dominus deus tuus. qui conclusit homines qui leuauerunt manus suas contra dominū meum regē. **E**t ait rex: **E**st ne par puero absalō? **D**ixitq; achimaas: **C**lidi tumul

C. XIX.

tum magnum cum mitteret ioab seruus tuus o rex me seruū tuū. **R**escio aliud: **A**d quez rex transi ait: ⁊ sta hic. **C**unq; ille transiret ⁊ staret apparuit chusy. ⁊ veniens ait: **B**onū apporto nūciū mi rex **J**udicauit enim pro te dominus bodie de manu omniū qui surrexerūt contra te. **D**ixit autē rex ad chusy: **E**st ne par puero absalon? **C**ui tespondens chusy: **F**iant iqt sicut puer inimici dñi mei regis. ⁊ vniuersi q̄ cōsurgūt aduersus euz in malum. **C**ontristatus itaq; rex ascendit cenaculu⁹ portz. ⁊ fleuit. ⁊ sic loquebatur vadens: fili mi absalon: absalon fili mi. **Q**uis mihi tribuat vt ego moriar p te ab salon fili mi. fili mi absalon?

C. XIX.

Naūt ioab q̄ rex fieret ⁊ lugeret super filium suum: ⁊ versa ē victoria in die illa in luctu⁹ omni populo suo. **A**udinit enim populus in die illa dici: **D**oleat rex super filio suo. **E**t declinavit populus in die illa igradi ciuitatē. quomodo declinare solet populus versus ⁊ fugiēs de prēlio. **P**orro rex operuit caput suum: ⁊ clamabat voce magna. **F**ili mi absalon: absalon fili mi. **I**ngressus ergo ioab ad regem in domū dixit: **C**onfudisti hodie vultus omnū seruorū tuorū. qui saluam fecerūt animā tuam ⁊ animā filiorum tuorū ⁊ filiarum tuarum ⁊ animā vxorū tuarum ⁊ concubinarum tuarum. ⁊ diligis

odientes te. et odio habes diligētes te. Et ostēdisti hodie. quia nō curas de ducib⁹ tuis et de seru⁹ tuis et vere cognoui modo. quia si absalon viueret. et oēs nos occubissem⁹. tunc placeret tibi. Nūc igitur surge: et procede. et alloquēs satis fac seru⁹ tuis. Iuro enī tibi per dominū qđ si nō exieris. ne vnu⁹ quidem remansurus sit tecum nocte hac. et peius erit hoc tibi qđ omnia mala que venerūt super te ab adolescentia tua usq; ad p̄fens⁹. Surrexit ergo rex. et sedit in porta. Et omni⁹ populo nunciatum est qđ rex foderet in porta. Veneruntq; yniuersa multitudo corā rege: israel aut fugit in tabernacula sua. Omnis quoq; populus ceterabat in cunctis tribub⁹ israel dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorū nostrorū. ipse saluauit nos de manu philistinorum: et nunc fugit de terra propter absalon. Absalon aut quē vnximus super nos mortu⁹ est in bello. Usq; quo siletis et non reducitis regem. Et consilium totius israel venit ad regem: Rex vero dauid misit ad sadoch et ad abiathar sacerdotes dicens: Loquimini ad maiores natu iuda dicentes: Cur venitis nouissimi ab reducend⁹ regem in domum suaz? Hermo aut omnis israel peruenerat ad regē. ut reducerent eum in domū eius. quia dixerat rex: Nec dicetis ad populū. fratres mei vos. os meū

